

Quæst. XII.

Art. V.

Disput. II.

119

auctem adiutus lumine gloria, & concursu esset
tia diuina uicem speciei intelligibilis subeunte,
optimè illam ualeat producere.

Ad tertium.

Ad tertium neganda est sequela: quia uolun-
tas ad id non est libera, ut 1.2.q.10. ostensum est.

Ad quartum.

Ad quartum neganda est consequentia, tum
quia uisio beatifica est suapte natura operatio ui-
talis, quam proinde implicat contradictionem
esse posse, si tollas concursum intellectus: tum
etiam, quia anima rationalis productur ex nihilo
per creationem, qua actio a solo Deo esse
potest: uisio uero productur presupposito fu-
bieto, à quo pendet, relicta luce nature.

Ad confir-

mationem.

Testimonium uero illud Psalmi intelligentium
est, quod gratiam & gloriam dat Deus, tanquam
prima & principalia causa conferens principia
ad uisum, eleuāque potentiam, cum qua si-
mul loco speciei intelligibilis cōcurrat, ut supra
explicatum est.

DISPUTATIO II.

*Verum diuina potentia fieri possit, ut res aliqua
diuinam essentiam naturaliter
inueniri possit.*

Questionis
duplex ten-
sus.

Quæstio hæc excitatur circa responsionem
diui Thomæ ad tertium. Porro quid tali
rei creațe naturale effet uidere diuinam essentiam,
ex altero è duobus capitibus posset proue-
nire: nempe uel ex eo quod lumen gloria effet
illi naturale, uel ex eo quod uis intellectus il-
lius effet talis actanta, ut si lumen gloria ef-
fet illi naturale uidere diuinam essentiam: èd
quid talis ac tanta uis intelligendi non minus
accommodata proportionem haberet ad in-
tuendum Deum, quam intellectus nostri illu-
stratus lumine gloriae. D. Thomas hoc loco so-
lum ex primo capite rem hanc examinavit, ea ta-
men ex utroque examinavit.

Lumen glo-
rie an si-
cuire rei crea-
ta possit di-
uina pot-
entia con-
naturale.

Quid ad primum attinet, lectorates D. Thomæ, hanc cum D. Thomas hoc loco redditum rationem, quare lumen gloria, licet sit quid creatum, non posset esse connaturale cūcumque
rei, quam Deus sua omnipotencia posset effi-
cere.

Quia sicut calor, qui dispositio est ad for-
mantia ignis, non potest esse connaturalis nisi
ignis, & splendor Solis non potest esse connatural-
is nisi solita lumen gloria (quod participatio
quædam est naturæ diuinæ, per quam res
creata, quæ illam recipit, Deiformis effectu) non
potest esse quid connaturale aliqui, nisi id,
quod illud recipere, effet Deus: quare cum con-
tradictionem implicit rem creatam esse Deum,
contradicione etiam implicat connaturale
illi esse lumen gloria, uidetur que diuinam es-
tentiam.

Licet satis consonum rationi existimem, nulli
omino rei create posse esse connaturale lu-
men gloria, in & Scripturis plusquam confor-
num esse uideam, ut gratiam: ita & uisionem
beatificam, premiumque ipsius supra nau-
ram esse rerum omnium, quas Deus in suam bea-
titudinem re ipsa condidit: ratio tamen, qua pro-
batur, nulli omnino rei esse posse connaturale
lumen gloria, non id demonstrat, neque ratio
aliqua, quæ id satius perfudeat, hæc tenus mihi
occurrit. Quod autem ratio illa proposita id no-

A perfaudat, probatur. Quoniam omnis forma
creata est participatio quædam diuinæ naturæ,
licet non ita per antonomasiam sicut formæ su-
pernaturales, & potissimum suprema ea um quæ
est uisio beatifica: & tamen id non tollit quo mihi
nisi quædam connaturales sint rebus creatis, ut
uoluntas & intellectus humanus & Angelicus,
que participationes quædam sunt intellectus &
uoluntatis diuinæ, secundum quas homo & An-
gelus ad imaginem & similitudinem Dei dicur-
tur conditi, connaturales sunt homini & Ange-
lo. Adde, quod lumen gloria non est connaturale
Deo, cum sit res creata atque accidens quod-
dam, quod Deo repugnat: quare non ut dispo-
sitio formæ ignis connaturalis est igni, ita lumen
gloriae connaturale est Deo: & id est non recte
inde infertur, quod si lumen gloriae connaturale
effet rei creata, illa necessariò deberet esse
Deus. Deinde splendor solis licet connaturalis
non sit alijs rebus in gradutam intensò, ac cerni-
tur in sole, in gradu tamen remissiori improba-
bile non est connatu: alen effe alijs rebus suapte
natura lucidis: neque enim est improbable spé-
dore solis & lucernæ, aliorumve astrorum effe-
ciens specie, saltem nulla appetere contradic-
tionis implicatio, quod Deus possit officere
astrum specie distinctum a sole, cui lumen ciu-
dens specie cum eo, quod est in sole, effet con-
naturale, etiam in gradu intensiori. Præterea cal-
or ignis, licet in eo gradu intensioris, qui cerni-
tur in igne, non sit connaturalis alijs rebus: in
gradu tamen remissiori multis alijs rebus est
connaturalis, quæ suapte natura certos gradus
caloris sibi uendicant, tanquam dispositiones
naturales. Hac quid attinet ad primum caput.

Diuina po-
tentia an ei-
fe possit
creatura rā
perfœcta ef-
fentia, cui natura-
le sit uide-
re diuinam
essentiam.

Quod uero attinet ad secundum, effet hoc non
leue argumentum ad probandum, diuina poten-
tia fieri posse rem aliquam, cui naturale sit uide-
re diuinam essentiam. Cōiunctum ex intellectu
& lumine gloriae alicuius beati in singulari ha-
bet certam & finitam quandam uirtutem ad in-
tellegendum, cum sit quid creatum: sed dato quo
cumque intellectu, qui habeat certam & finitam
uirtutem naturalem ad intelligendum, potest
Deus creare aliud, ac aliud in infinitum, qui
suapte natura habeat maiorem, ac maiorem uir-
tutem ad intelligendum quacumque data: ergo
diuina potentia esse potest res creatæ intellectu
prædicta, quæ suapte natura habeat maiorem fa-
cilitatem intelligendi, quam sit totius cōiuncti
ex intellectu & lumine gloriae beati singularis
designati, ac proinde talis res intellectu prædicta
ex suis tantum naturalibus uidere poterit di-
uinam essentiam, non minus quam beatus ille
designatus lumine gloria perfusus cam potest
uidere.

Ad hoc argumentum responderi potest, quod
licet diuina potētia possit esse res intellectu pre-
dicta, quæ tantam, aut maiorem uim ad intelligen-
dum habet, quantum habet intellectus alicuius
beati unum cum lumine gloria (quandoquidè nu-
lam implicat contradictionem, Deum produce-
re rem tali intellectu prædictam) illa tamen uir-
tus effet alterius rationis, atque speciei à lumine
gloria: & id est quamvis effet maior, non tamen
est accommodata ad uidendum Deum, eo modo
quod est intellectus lögè minoris uirtutis una
cum lumine gloria. Sicut enim uisus, licet tan-
tam, aut maiorem uim de sentiendum habeat,
quam auditus, nihilominus non potest sentire